UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um] Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise Ordinis Minor[um] de obseruantia ...

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Negociamini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

Visual Library

Timo. ij. Qui certat in agone nõ coronabit niſi qui legitime certauerit. Ex triplici aũt victoria habet ius regni celoꝝ ſiue vite ꝑpetue. Primo ex victoria ↄtra temporales tribulatiões. Vñ Luc. vlt. Nõne oportuit pati chr̃m ⁊ ita intrare ĩ gliam ſuam. Et Luc. xxij. Vos eſtis q̃ ꝑmãſiſtis mecũ in tentationib⁹ meis. Et ego diſpono vob ⁊c. i. eodem foro participes efficio Sed deficiũt de ſocietate q̃ nihil volũt pati. iõ nõ erũt ſocij in regno. Apoc. j. Particeps ⁊ ſoci⁹ in tribulatiõe ⁊ regno ⁊ patientia in chr̃o Jeſu. Scḋo ex victoria cõtra ſpũales tentationes: ſm illud: Eſtote fortes in bello ⁊ pugnate cũ antiq̃ ſpẽte. ⁊ accipietis regnũ eternũ. Apoc. iij. Qui vicerit dabo ei ſedere mecũ in throno meo Talis em̃ eſt bon⁹ miles chr̃i. Si ꝓ diabolo ſuccũbat. efficit filius diaboli. iõ priuãdus regno chr̃i. Rom. vj. Neſcitis qm̃ cui obediſtis ſerui facti eſtis ei⁹ cui obediſtis. Tertio ex victoria ↄtra naturales inclinatiões aut etiã ↄſuetudinales. q̃ tamẽ etiã dici poſſunt naturales. quia iclinant ad modũ nature: q2 ſm ph̃m li. de memoria ⁊ reminiſcẽtia. Conſuetudo eſt altera natura. Hec aũt victoria habet ꝑ penitentialẽ cõpunctõem: ꝑ quã habet ingreſſus in regnũ. Matt. vij. Intrate ꝑ anguſtam portam. Et Matth. iij. Pñiam agite appropinquabit em̃ regnũ celoꝝ. Item per ſpũalem humiliatiõem ꝑ quã homo vincit ſeipm̃ ⁊ ꝓprium animũ. Ideo Luc. xij. Nolite timere puſillus grex i. vos humiles. qm̃ cõplacuit patri veſtro dare vobis regnũ. Item per ſenſualem repreſſionem qua vic3 reprimit inclinatio ſenſualitatis. ad aliquod viciũ. Ideo dicebat dominus Matth. xj. Regnum celorũ vim patit et violenti rapiunt illud. i. illi q̃ ſibiipis violentiam faciũt. Iſtis itaq3 modis ꝑdictis glorioſi martyres adq̃ſierunt ius celeſtis hereditatis: que vita eterna dicit. de qua diximus in ꝟbis ꝓpoſitis. quoniã iuſti in ꝑpetuum viuent. Satagamus igitur modis ꝑdictis adquirere regnum dei vt in iuſtoꝝ ſorte numerari ⁊ ad vitã eternã ꝑduci mereamur Amen

Sermones ſuper aliqua euangelia de cõmuni confeſſorum. Primo ſuper illud Hõ quidam nobilis abijt ⁊c. Luc. xix.

Negociamini dũ venio. Luc. xix. Tria precipue nos inducere debẽt ad negociandũ ꝓ noſtra ſalute. Primũ eſt ↄſideratõ vniuerſe ſubiecte creature. Qm̃ vt ait Auguſ. ad eremitas. Ad nutũ dei ſol a via ſua nõ deuiat. nõ luna: nõ ſtelle. campi decorant floribꝫ: frondibꝫ criſpatur ſilua. In nemore cithariſat auicula. irrõnabilia ⁊ inſenſibilia obediũt deo. ſol⁹ homo dei volũtati reſiſtit. ꝓ quo tñ ſolo dei voluntas omnia fecit. Scḋm eſt occupatio mundane cure. Aug. li. de patiẽtia. Intueamur quanta in laboribꝫ ⁊ doloribus ſuſtineant mũdani pro rebꝫ q̃s vicioſe diligunt ⁊c. Multo igit magis nos negociari ⁊ laborare oportet ꝓ ſalute eterna. Tertium ẽ exhortatio ſacre ſcpture Joã. ix. Opamini dum dies eſt. venit em̃ nox quãdo nemo poteſt opari. Et in verbis ꝓpoſitis. Negociamini dũ venio. Attende q2 dicit dũ venio: ⁊ dum dies eſt ꝑ quod itelligit tempus pñtis vite. quod eſt temp⁹ merendi ſiue negociandi. Circa ꝑdicta aũt thematis verba tria ſunt nob attentiſſime ↄſideranda q̃ etiã in decurſu euãgelij tangunt

Primum eſt obligatiõis neceſſitas indiſpenſabilis

Scḋm eſt tranſgreſſionis iniquitas inexcuſabilis.

Tertium eſt retributionis equitas ineuitabilis.

Primũ ẽ obligatiõis neceſſitas inuiolabilis ſiue indiſpẽſabil. Heb. ij. Quõ nos effugiem⁹ ſi tantã neglexerim⁹ ſalutẽ. Et Deut. viij. Caue ne obliuiſcaris dñi dei tui ⁊ negligas mãdata ei⁹. q2 vic3 mlta eſt obligatio. Declarat ãt hmõi obliuiõis neceſſitas i euãgelio: cũ dr. hõ q̃dam nobilis abijt ⁊c. ex tribꝫ ↄſiderãdis i ipo dño ꝑcipiẽte.

Primũ eſt ſublimitas glorioſe ↄditionis

Secũdũ eſt liberalitas gratioſe diſtributionis.

Tertium eſt auctoritas imperioſe iniunctionis.

Primũ eſt ſublimitas glioſe ↄditionis

Cũ dꝛ: hõ q̇dã nobil' abijt ĩ regi. longi. a c.
ſi. reg. ⁊ reuerti. Jõ etiã dr̃ Leui. xix. Ego
dñs; iõ leges meas cuſtodite. In ill' autẽ
p̄miſſis vbis euãgelij tãgit̃ triplex dñi gl'i
oſa ſublimitas ꝓpt̃ quã ſibi obedire debe/
mus. ¶ Prima ẽ ſublimitas pſonal' nobi
litatis. qꝛ dꝛ: Hõ q̇dã nobil'. ⁊ ſcd̃m deitatẽ
⁊ ſcd̃m humanitatẽ. j. Regũ. ix. In ciuitate
iſta vir nobil'. Oẽ qd̃ loq̇tur abſq₃ ãbigui
tate venit. ꝓpter hãc nobilitatẽ debem⁹ ſi/
bi beniuolẽtiã ⁊ amorẽ. Nobilitas eñ in
bõitate fundat̃ bõitas ãt ẽ obiectũ amoꝛ.
Vñ de dño dꝛ. ij. Paral' xxx. Dñs bonus
ꝓpitiabit̃ cũctis q̇ in toto corde req̇rũt euz.
Vñ p₃ ꝑſiſſima ei⁹ nobilitas. Nã ⁊ hõ dꝛ
hr̃e cor nobile qñ ꝓpiti⁹ eſt req̇rẽtib⁹ eũ.
¶ Scd̃a ẽ ſublimitas regal' dignitatꝭ cuz
dꝛ: abijt ĩ regi. lõ. ac. ſi. re. i. ad celũ empyre
um ſup oẽs ordines angeloꝝ. Apoca. xix.
Rex regũ ⁊ dñs dominãtiũ. Et. j. Para.
xxix. Tuũ dñe regnũ: tu es ſup oẽs pnci/
pẽs. In manu tua vtus ⁊ ptãs. In manu
tua magnitudo ⁊ imꝑium oim. ꝓpt̃ hãc re
galẽ dignitatẽ ſibi debem⁹ reuerẽtiã ⁊ ho
norẽ. j. Pet. ij. Regẽ honorificate. S₃ heu
timẽdũ eſt ne multꝭ dictur⁹ ſit dñs qd̃ di/
xit iudeis Jo. viij. Vos inhonoraſtis me
Rom. ij. Qui in lege gl'iaris ꝑ p̄uaricatio
nẽ legis deũ inhonoras. ¶ Tertia ẽ ſubli/
mitas iudicial' ptãtis. cũ dꝛ. ⁊ reuerti. ſ. ad
iudiciũ. Act. x. Ipe eſt q̇ ↄſtitut⁹ ẽ a deo:
iudex viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ. ꝓpt̃ hãc ptãtẽ ſi/
bi debem⁹ obedientiã ⁊ timorẽ. Apo. xiiij
Timete dñm qꝛ vẽit hora iudicij ei⁹. S₃
heu heu pauci timẽt: iõ ⁊ pauci obediunt.
Rom. x. Nõ oẽs obediũt euãgelio. O q̃
timorat̃ q̃ ſolliciti eſſe debem⁹ ad obediẽ
endũ ipi dño i oib⁹ cũ ſit in ptãte magna.
⁊ maieſtate reuerſur⁹ ad nos iudicãdos.
Jõ Luc. xij. Vos ſiles hoib⁹ expectantib⁹
dñm ſuũ qñ reuertat̃ a nuptijs ⁊c̃. Seq̇t̃.
Jõ ⁊ vos eſtote parati qꝛ q̇ hora nõ puta
tis fili⁹ hois vẽtur⁹ eſt

Scd̃m eſt liberalitas gra

tioſe diſtributiõis: cũ dꝛ Vocatis aũt de/
cem ſuis ſuis dedit eis decem mnas. Per
numeꝝ denariũ q̇ eſt p̄mus limes nume/
roꝝ intelligit̃ vniuerſitas tam ſuoꝝ q̃ do
noꝝ dei. Oĩa q̇ppe a deo accepim⁹ ⁊ bo
na nature ⁊ gratie ⁊ fortune. j. Corin. iiij.
Quid habes qd̃ nõ accepiſti? q. di. Nihil.
Vñ ipe dñs dr̃ Job. xlj. Quis dedit mi/
hi vt reddam ei? Omnia q̃ ſub celo ſunt
mea ſunt. Nihil igit̃ ex nob habem⁹: imo
nihil ex nobis ſum⁹. Gala. vj. Siq̇s ſe exi
ſtimat eſſe aliq̇d cũ nihil ſit: ipe ſe ſeducit.
Et Eſa. xl. Omnes gẽtes q̃ſi nõ ſint ſic ſũt
coram deo: ⁊ quaſi nihilũ ⁊ inane reputa/
te ſũt ei. Hmõi humiliatio nos ad cordis
humiliationẽ inducere debet. tanto vtiq₃
maiorẽ q̃nto amplioꝛa dei recepim⁹. Gre
go. Tanto eſſe humilioꝛ atq₃ ad ſuiendũ
p̄mptioꝛ q̇ſq₃ debet ex munere q̃nto ſe ob/
ligatiorem eſſe ↄſpicit in reddenda rõne.
Iterum. Cum creſcũt dona rões etiam
creſcunt donoꝝ.

Tertiũ ẽ autoritas impe/

rioſe iniũctiõis. qꝛ di. eis dñs. Negociami
ni dũ venio. i. donec veniã ad iudiciũ. Ga
la. vj. Ergo dũ temp⁹ habem⁹ operemur
bonũ. Hmõi ↄſideratio nos inducere de/
bet ad ſollicitã opatõem. ij. Timo. ij. Sol
licite cura teipm ꝓbabilem. i. approbabi/
lem exhibere deo operariũ incõfuſibilem.
Sed vide in p̄dicta dñi iniunctione ⁊ ↄſi
dera ipi⁹ bonitatem. Nõ eñ ꝓpter ſuã ſed
noſtram vtilitatẽ h̃ iniungit. vñ dr̃ Nego
ciamini. ſ. vt lucꝝ ꝑ vobis habeatis. lucꝝ
inq̃ ineſtimabile qd̃ eſt regnũ dei. Mat.
vj. Primũ q̃rite regnũ dei. Sũt aũt nota
de tres p̄cipue ↄditiões neceſſarie ad bene
negociandũ ſpũaliter. Debem⁹ eñ p̄mo
negociari prudent̃ cũ diſcretione. Mat. x.
Eſtote prudentes ſicut ſpentes. Serpen/
tes q̇dam p̄ncipalioꝛez curã habent de ca
pite qd̃ eſt pars dignioꝛ ⁊ p̄ncipalioꝛ. Nõ
eſſet prudens negociatoꝛ qui cũ poſſet ha
bere merces optimas cuz laboꝛe leui ⁊ pe
na modica: iret cum multo ⁊ graui laboꝛe
ad q̃rendũ merces modici p̄cij aut merces
corruptas ⁊ inutiles. Sic faciũt mũdani
q̇ poſſent ſpũalia iuenire cũ modico labo/
re: ⁊ tranſitoꝛia q̃runt cum penis grauiſſi
mis: ⁊ vix poſſunt habere. Hugo. Nihil i
hoc mũdo gratis dat̃: ſed care emit̃. Mul
ti etiam peccatoꝛes qui d̃ facili poſſent in
uenire grãm dei: cum grauiſſimis laboꝛi/
bus querũt ꝑpetrare peccata ſua. Prouer.
j. Stulti ea q̃ ſibi noxia ſunt cupiũt. Ibi/
dem. Sapientiã atq₃ doctrinam ſtulti de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſpiciūt. Oꝫ āt via maloꝝ ſit difficilis ptꝫ
quia dicūt reprobi in inferno illud Sap.
v. Laſſati ſum⁹ in via iniquitatis ꝛ pditi
onis: ꝛ ambulauim⁹ vias difficiles. Ani
ma ꝓo ſapiens guſtat dulcedineꝫ amoris
diuini ideo nihil aliud deſiderat. Prouer.
vlt. Guſtauit ꝛ vidit qꝛ bona eſt negocia
tio eius. nō extinguet in nocte lucerna ei⁹
¶ Scđo debem⁹ negociari fideliter ſine
abuſione. Infidelis diceret fuus alicu⁹
q̄ de pecunia dn̄i poſſet emere ſcarletū: et
eodem p̄cio emit vile burletū: ꝛ multo am
pli⁹: ſi pecuniam dn̄i voluptuoſe vel in ſu
perfluitate ꝯſumeret. Tales ſunt q̄ intel
lectum ꝛ liberū arbitriū ſuū: tp̄us etiam ꝛ
fortitudinē circa mūdana ꝛ tempalia ex
ponūt: aut etiā in voluptatibꝫ ꝛ ſupfluis:
nō aūt i ſpūalibꝫ. abutunt eñ pecunia do
mini ꝯtra volūtatē eius. Iō nō ſunt fide
les negociatores. Qm̄ ſicut dr̄ Sapiē. iij.
Fideles in dilectōe adquieſcent illi ¶ Ter
tio debemus negociari diligent ſine dila
tione q̄ndiu. ſ. nū dūe durāt. i. temp⁹ me
rēdi. iō dr̄ donum venio. Iſte aūt aduentus
incert⁹ eſt. Non ergo debem⁹ differre ne
gociatioem nr̄am q̄ regnum celoꝝ merca
ri poſſum⁹. Ideo dr̄. ij. Paral. xix. Sit ti
mor dn̄i v obiſcum. ꝛ cū diligētia cūcta fa
cite. Ibidē. Cōfortamini ꝛ agite diligen
ter: ꝛ erit dn̄s vobiſcū i bonis

Secūdum p̄ncipale eſt trāſgreſſiōis.
iniq̄tas inexcuſabilis. Rom. ij. In
excuſabilis es o homo. Hmōi iniq̄tas tā
git in euāgelio: cū dr̄. Ciues aūt ei⁹ ode
rant eū. ꝛ miſert legatio. poſt illū di. Nol
lum⁹ hūc regnare ſup nos. Ciues iſti pri
mo fuerūt iudei: q̄ p maiori parte in odiuꝫ
chr̄i ſunt obſtinati: vt ptꝫ in Actibꝫ aploꝝ
q̄ etiā poſt aſcēſiōem dn̄i conati ſūt deſtru
ere fidē catholicā in q̄ incipit regnuꝫ chr̄i
qđ implebit ꝛ manifeſtabit in fine mūdi
Sed nūc ciues iſti ſunt mali chr̄iani qui
ideo dicunt ciues chr̄i: qꝛ characterē eius
in baptiſmo ſuſceperūt. ꝛ iſti qꝛ habēt no
ticiā fidei ꝛ legis euāgelice p ſcripturas et
p̄dicatōes multas. ideo ſūt inexcuſabiles
Jo. xv. Nūc aūt excuſationē nō habēt de
peccato ſuo. In ſupdictis aūt ꝟbis euan
gelij. ſ. Ciues autem eius oderant eū ꝛc.
tangitur triplex eorum iniquitas inexcu
ſabilis.

¶ Prima ē iniq̄tas odioſe affectōis
¶ Scđa ē iniq̄tas iniurioſe reiectōis
¶ Tertia eſt iniquitas criminoſe rebelli
onis.

Prima eſt ꝛc. cum dicit

Ciues aūt ei⁹ oderant eū. Jo. xv. Nūc au
tem viderūt. ſꝫ fidē ꝛ oderūt me ꝛ patrē
meū. Dicunt aūt odire deū q̄ eius odiunt
voluntatē. que manifeſtatur nobis in p̄re
ceptis ſuis.

Secūda ē iniquitas iniu

rioſe reiectiōis. cū dr̄. Et miſerūt legatio
nē poſt illū: ꝯtēnētes vicꝫ ꝛ reijciētes illū.
Et hec iniq̄tas ſequit ad p̄cedentē: vt ptꝫ.
Quos eñ odiūt hoīes a ſeipis reijciunt ꝛ
ꝯtemnūt. Multi itaqꝫ certe chr̄um conte
mnūt ꝛ reijciūt: cū eius ꝟba ꝛ p̄cepta de
ſpiciūt. j. Theſ. iiij. Qui hec ſpernit nō ho
minē ſpernit ſed deū. Tales itaqꝫ ſunt q̄ſi
dicētes illud Job. xxj. Recede a nobis. vi
am ſciētiaruꝫ tuaꝝ nolum⁹. Et p̄cipue ta
les ſunt q̄ nolūt ea ꝯſiderare q̄ poſſent eos
a peccatis reducere. ſed talibꝫ dicetur illud
Mat. xxv. Neſcio vos. qꝛ vt dr̄. j. Coꝛ. x
iiij. Ignorās igr̄abit. Et Oſee. iiij. Quia
ſciām repuliſti repellā te ꝛ ego. Itē multi
deū ꝯtemnūt ꝛ repellūt: qꝛ ſpūalem inſpi
rationē dei pulſantis ad oſtiū cordis reij
ciūt. Act. vij. Dura ceruice ꝛ incircūciſis
cordibꝫ ꝛ auribꝫ vos ſemp ſpūiſctō reſtiti
ſtis. Sed. j. Reg. ij. dr̄ dn̄s. Qui ꝯtēnunt
me erūt ignobiles

Tertia ē iniquitas crimi

noſe rebellionis: cū dr̄. dicētes Nolumus
hūc regnare ſup nos. i. nolum⁹ huic obedi
re. Numeri. xiiij. Nolite rebelles eſſe ꝯtra
dn̄m. Et Nume. xv. Aīa q̄ p ſupbiā pec
catū aliqđ fecerit (qm̄ rebel fuit ꝯtra do
minū) peribit de populo. Vereor vtiqꝫ ne
plures rebelles ſint ꝯtra dominū: qm̄ n̄ ex
igr̄ātia aut ifirmitate ſꝫ ex malicia ꝛ idu
ſtria peccāt. Job. xxiiij. Quaſi de iduſtria
receſſerūt ab eo. Et Eccs. ix. Corda filioꝝ
hoīm implent malicia. Et Joel. iij. Mlt
tiplicata eſt malicia ppl̄i mei. Talis itaqꝫ
iniquitas eſt inexcuſabilis. Ideo vt dicit
Sapien. xvj. mutando tn̄ p̄teritum in fu
turum. Oportebit q̄dē illis ſine excuſatio
ne ſuꝑuenire interitū.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tertiũ ꝑncipale eſt retributiõis eq̃tas ieuitabilis. ij. Coꝛ. v. Oẽs nos manifeſtari opoꝛtet ante tribunal chꝛi vt recipiat vnuſqſq; ꝓpria put geſſit ꝛc̃. Et hmõi eq̃tas tangit̃ in euangelio cũ d̃r. Et factum eſt vt rediret ꝛc̃. ꝑ totũ reſiduum euangelij vbi tangitur triplex retributionis equitas.

Prima ẽ eq̃tas zeloſe exactiõis
Scd̃a ẽ copioſe remuneratõis
Tertia ẽ rigoꝛoſe punitiõis

Prima eſt ꝛc̃. cũ dicitur.

Et factuz eſt vt re. ac. re. Et iuſſit vocare ſeruos ſuos q̃b⁹ dederat pecuniã vt ſciret q̃ntũ q̃ſq; negociat⁹ eſſet. Et nota in his ꝟbis tria. Primo iudicis ptãtem. qꝛ redibit accepto regno. Luc. xxj. Tũc videbũt filiũ hoĩs venientẽ in nube cũ ptãte mag̃ ꝛ maieſtate. Scd̃o cõparendi neceſſitatẽ. qꝛ iuſſit vocari ſuos ſuos: cui⁹ vtiq; iuſſioni nihil põt reſiſtere. Heſter. xiij. Nõ eſt q̃ poſſit tue reſiſtere volũtati. Tertio reddẽde rõnis ſeueritatẽ: cũ d̃r. vt ſciret quantum quiſq; negociat⁹ eſſet. Rõnem ei exiget de oĩb⁹. Greg. Tantũ q̃ppe ab vnoq̃q; noſtꝝ ventur⁹ iudex exiget q̃ntum dedit. Conſiderem⁹ ḡ que accepim⁹ atq; ĩ eoꝝ erogatiõe vigilem⁹

Scd̃a eſt equitas copioſe

remuneratiõis. ſ. q̃ ad eos q̃ donis dei bñ vſi ſunt: cũ d̃r. Venit aũt pm⁹ dicẽs. Domine mna tua decẽ mnas adq̃ſiuit ꝛc̃. vſq; ibi. Et tu eſto ſuꝑ q̃nq; ciuitates. In q̃bus ꝟbis notandũ eſt triplex ſolaciũ ſiue dulcedo reſpectu bonoꝝ. Prima eſt dulcedo ꝯſciẽtial' teſtificatõis: q̃ notat̃ ꝑ hoc ꝙ vn⁹ dixit. Dñe mna tua decẽ mnas adq̃ſiuit. ꝛ ali⁹ dixit Mna tua fecit q̃nq; mnas Per h̃ intelligit̃ teſtimoniũ ꝓprie ꝯſciẽtie coꝛã ſummo iudice. Rom. ij. Teſtimoniũ reddẽte ill' ꝯſcia ipoꝝ ĩ die cũ iudicabit dominꝰ occulta hoim. Et. ij. Coꝛ. j. Gloꝛia nr̃a hec eſt teſtimoniũ ꝯſciẽtie nr̃e. Scd̃a eſt dulcedo iudicial' ꝯmẽdatõis cũ dixit. Euge ſue bone qꝛ ĩ modico fuiſti fidelis. Euge eſt interiectio gaudẽtis. i. ſm Chryſ. bñ ſit tibi. Et nota ꝙ dixit ſue ꝓpt̃ ꝓpriaz humiliatiõnẽ q̃ ad ſeipm. bone: ꝑ diuinaz aſſimilationẽ q̃ ad deũ. fidel': ꝑ vtilẽ diſpẽſationẽ q̃ ad ꝓximũ. Vl' bone ꝛ fidel' q̃rẽs in tuis actib⁹ gl'iam dñi nõ tuã. Bern. Fidelis reuera famul⁹ es ſi de nulla gl'ia domini tui ꝛ ſi nõ exeũte ex te. tamẽ ꝑ te trãſeunte nihil manib⁹ tuis adherere ꝯtingat Et nota ꝙ dixit qꝛ in modico fuiſti fidel'. id ẽ bonis ꝑſentis vite. Chryſ. Pauca ſũt q̃ in h̃ ſeculo nobis ꝑſtant̃: multa q̃ in illo ſeruãt̃. Et nota bñ q̃ delectabilis q̃ ſuauis eſt illa iuſtoꝝ cõmẽdatio ab oꝛe dñi. j. Coꝛ. iiij. Tunc laus erit vnicuiq; a deo. Tertia eſt dulcedo liberalis donatiõis: cũ d̃r vni. Eris ptãtem habẽs ſuꝑ decẽ ciuitates. ꝛ alteri. Et tu eſto ſuꝑ q̃nq; ciuitates. i. gaudeb de ſingulis opib⁹ tuis. Pſ. Tu reddes vnicuiq; ſcḋm opa ſua. Et Galath. vj. Que eñ ſeminauerit homo hec ꝛ metet.

Tertia eſt equitas rigoroſe

punitiõis: cũ d̃r. Et terti⁹ venit dicẽs. Dñe ecce mna tua quã habui ꝛc̃. Ubi tãgit̃ triplex deſolatio ſiue amaritudo grauiſſima peccõꝝ. Prima eſt amaritudo cõſciẽtial' accuſatõis: qꝛ ſeipos accuſabunt. ꝛ h̃ notat̃ cũ d̃r. Et terti⁹ venit (qꝛ fugere nõ licebit) di. Dñe ecce mna tua quam habeo repo. i ſuda. Timui eñ ꝛc̃. vſq; ibi q̃ nõ ſeminaſti. Hiere. ij. Arguet te malicia tua ꝛ auerſio tua increpabit te. Accuſat autẽ ſe ſuus ille piger de trib⁹. Primo de voluntatis inobediẽtia ſeu malicia: cũ d̃r. Ecce mna tua quã habeo poſitã ĩ ſu. tanq̃ vi delicz moꝛtuã ꝛ ſepultã. Sudariũ eñ eſt pann⁹ ĩ q̃ inuoluunt̃ coꝛpa moꝛtuoꝝ. Jõ mna ĩ ſudario repoſita ſignat donũ dei ſiue nature ſiue gr̃e ſiue foꝛtune a bonis opibus ocioſum. q̃eadmodũ d̃r Jac. ij. q̃m fides ſine opib⁹ moꝛtua eſt. Et ita in h̃ arguit ſe feciſſe ꝯtra ꝑceptum dñi q̃ dixerat dãdo pecuniã Negociamini. Scd̃o d̃ puſillanimitatis ignauia: cũ dixit Timui ẽ te. Iſte eñ timoꝛ nõ eſt niſi puſillanimitas bñ agẽdi Eccĩ. vij. Noli eſſe puſillanimis in anio tuo. Tertio de diuine bõitatꝭ blaſphemia: cũ d̃r. qꝛ hõ auſter⁹ es: tollis ꝛc̃. h̃ aũt dixit male ſentiẽs de deo. ꝯtra illud Sap. j. Sẽtite de dño ĩ bonitate. Secũda eſt amaritudo iudicial' increpatiõis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cū ḋr ei. De ore tuo te iudico ſue neq̄: ſci-
ei q̄ hō auſter. ſū tolles qḋ nō poſ: ⁊ me-
tēs qḋ nō ſemia. Et q̄re nō ded. pecuniā
meā ad me. ⁊ ego ve. cū vſu. vtiq̄ exegiſſe3
il. i. cū excreſcētia. Ex v̄bo q̄ppe ſuo eū cō-
dēnat. q̄ ſicut dictū eſt In iudicio ꝯſcien-
tia impij teſtificabiť ꝯtra ſe. Dixit ḡ. De
ore tuo ⁊c. q. di. ex q̄ ſciebas me eſſe durū i
repetēdo multiplicatōem pecunie ſiue do-
noꝝ tibi traditoꝝ p exercitiū bonoꝝ opeꝝ
ex h̄ oſtendis te iuſte ꝯdemnandū. Scie-
bas etiā vt dicis q̄ ego meto vbi nō ſemi-
no. ḡ multo magis vbi ſemino. In h̄ ḡ te
accuſas in q̄ te excuſare ꝯtēdis. Debebas
ḡ pecuniā meā. i. dona tibi cōceſſa dare nu-
mula. i. alijs elargiri ⁊ miſtrare. ſiue ſpūa-
lia ſiue tempalia. ⁊ ſic recepiſſem cū vſura
ſpūali. Talis q̄ppe vſura multū placet do
q̄ tn̄ nō ꝓprie vſura ḋr. q̄ etiā ipa opa que
mediantib⁹ donis dei facim⁹ pncipaľr ex
ipo deo ſunt ⁊ nō ex nobis. Phil. ij. Deus
operať in nob velle ⁊ pficere. Et Eſa. xx-
vj. Omia opa nr̄a opat⁹ es dn̄e. Ex q̄ pa-
t3 q̄p nihilo nr̄i ſaluamur. pſ. Pro nihilo
ſaluos facies illos. ¶ Tertia eſt amaritu-
do ſententiaľ ꝯdēnationis: cū ḋr. Auferte
ab illo mnā ⁊c. Ubi tāgiť triplex amara
ſnia ꝯtra reprobos ¶ Prima eſt ſnia ꝯfu-
ſibiľ puatiōis: cū ḋr. Auferte ab illo mnā
⁊ date ⁊c. Et h̄ q̄ bona diuinitus collata
nō cedēt ad gľiam male opantib⁹ vľ ocioſ
ſed magis ad penā. Dicunť aūt dari bōis
q̄ cedunt ad gľiam eoꝝ: imo ⁊ ipa repro-
boꝝ dānatio ad gľiam electoꝝ cedet. iuxta
illud pſ. Letabiť iuſt⁹ cū viderit vīdictā.
¶ Secūda eſt ſnia irreuocabiľ ꝯfirmatio-
nis: cū ḋr. Et dixerūt ei. ſ. electi admirātes
dei iuſticiā erga reprobos ⁊ erga ſe dei cle-
mentiā mirabilē. Dn̄e decem mnas hab3
id eſt gaudia multa de ꝓprijs donis ⁊ ope-
rib⁹ ſuis. Tunc ſequiť ſentētia ꝯfirmatiua
dn̄i dicētis Dico aūt vobis quia omi ha-
benti dabiť ⁊ abundabit. Ab eo aūt q̄ nō
habet ⁊ qḋ habet auferet ab eo. i. omi ha-
benti ⁊ bene vtenti dabit incremētu3 eius
qḋ habet ⁊ abūdabit. vel ſic. Omni habē-
ti charitatem ⁊ operāti dabiť gaudiū cha-
ritatis ⁊ meritū. ⁊ abūdabit in pmio: non
ſolum in ſua glorificatiōe ſed ⁊ de omniū
alioꝝ electoꝝ beatificatiōe. ⁊ de impletiōe
diuine iuſticie in reproboꝝ punitione. Ab
eo aūt q̄ nō habet charitatē vel q̄ nō hab3
bonu3 vſum doni ſibi collati ſiue naturaľ
ſiue gratuiti ſiue temporaľ: ⁊ qḋ habet au-
fereť ab eo. quia oia hmōi dona cedent ei
ad pena3. Aug. Dare habēti eſt miſcdie:
auferre nō habēti iuſticie. Greg. Quiſq̄s
hab3 charitatē etiā alia dona pcipit. Quiſ-
q̄s charitatē nō hab3 etiā dona q̄ videbať
pcepiſſe amittit. ¶ Tertia eſt ſnia formi-
dabiľ vindicatiōis: cū ḋr. Uerūtamen ini-
micos meos illos q̄ noluerūt me regnare
ſup ſe adducite huc et interficite ante me.
Lic3 h̄ pmo intelligať de iudeis q̄ volue-
rūt deſtruere regnū chr̄i. tn̄ etiā intelligē-
dū eſt de omnib⁹ reprob q̄ ſunt oēs inimi-
ci dei eo q̄ ei⁹ aduerſanť imperio ⁊ volun-
tati. neq̄ volūt eū ſup ſe regnare: q̄ nolūt
ei⁹ pceptis obedire. Omes igiť iudei ⁊ in-
creduli ⁊ chr̄iani ocioſi ⁊ negligētes dōis
dei nō bene vtētes corā dei iuſticia ſuň ad-
ducēdi ⁊ interficiēdi. i. in mortē eternā p-
cipitādi. O q̄ formidāda vīdicta. O tre-
mēda ſnia. Ideo bn̄ hortať ſapiēs Eccli
v. Nō ſeq̄ris in fortitudine tua ꝯcupiſcen-
tiā cordis tui. ⁊ ne dixeris quō potui: aut
quis me ſubijciet ꝓpter facta mea. de⁹ em̄
vindicās vindicabit. Et Naum. j. Deus
emulator ⁊ vlciſcens dominus: vlciſcens
dominus ⁊ habens furorem. vlciſcens do-
minus in hoſtes ſuos ⁊ iraſcens ipē inimi-
cis ſuis. De vindicta autē ſerui pigri ⁊ in-
utilis dicitur Matth. xxv. Inutilem ſer-
uum eijcite in tenebras exteriores ibi erit
fletus ⁊ ſtridor dentium. Grego. Interio-
res tenebre ſunt cecitas mētis. exteriores
eterna nox damnationis. qui r ḡo ſponte
hic incidit in cecitatem mentis: ille proijci-
tur in noctem damnationis. Et Raban⁹
Ibi coactus patitur tenebras vltionis: q̄
hic libenter ſuſtinuit tenebras voluptatis
Hec ille. O q̄ horribilis eſt carcer ille te-
nebroſus a quo nunq̄ eripi poterūt. Eſa.
xxiiij. Congregabuntur in lacum ⁊ clau-
dentur ibi in carcerem. Hic carcer eſt do-
mus dedali: cuius facilis eſt igreſſus: ſed
egreſſus difficilis. Exemplum de lapide
in mare piecto q̄ nunq̄ inde exibit. Apoc.
xviij. Suſtulit angel⁹ lapidē molarē grā-
dē ⁊ piecit eū i mare dicēs. h̄ impetu mitte

tur babylon ĩ infernū. Cõſiderate igit̃ di-
ligẽtiſſime hãc terribilẽ vindictã ĩ impios
pigros ⁊ inutiles ſuos ferendã: vt ex tali
cõſideratõe oriat̃ in vobis timor dei q̄ oīs
negligẽtia repellatur. Nã vt dr̃ Eccl's. vij.
Qui timet deū nihil negligit. Siccꝫ cum
omni diligẽtia operemini ſm̃ dona dei vo-
bis cõmiſſa. j. Tim. iiij. Noli negligere gr̃a-
tiã dei q̄ data eſt tibi. i. q̄dcūqꝫ donū grat̃
tibi a deo datū. Audite qd̓ dr̃ dn̄s. Nego-
ciamini dū venio vt ſic ad glīoſam bono-
rum ſeruorū remuneratiõem ptingere va-
leatis Amen.

Sermo ſup euãgeliū Homo q̄dam pegre
pficiſcẽs ⁊c̃. Mat. xxv.

Venit domi-
nus ſuorū illorū ⁊ poſuit rati-
onẽ cū eis. Mat. xxv. In his
verbis tria nob' notant̃ q̄ nos excitare debẽt
ad diuinum ſeruitium.

Primū eſt ſublimitas diuine domina-
tõis: cū dr̃ Venit dn̄s: a q̄ vicꝫ oīa tenemꝰ
Apoc. xix. Dn̄s dominantiū. Secūdū
eſt fragilitas noſtre ſubiectõis: cū dr̃. ſuo-
rum illorū: q̄ vicꝫ multipl'r obligant̃ ſuire
deo. Deut. vj. Illi ſoli ſuies. Tertiū eſt
neceſſitas reddẽde rõnis. qꝛ ponit rõnẽ cū
eis. Greg. cū creſcūt dona rões etiã cre-
ſcūt donorū. Sic ꝙ ex horū cõſideratõe ex-
citari debemꝰ ad diligent' operandum ope-
ra virtutis. Ad qd̓ etiã nos inducit dn̄s p
totū euãgeliū in q̄ pcipue nos inſtruit ad
triplicẽ cognitionẽ ſeu cõſideratiõem val-
de nob' neceſſariã.

Prima eſt cõſideratio diuĩe liberalitatꝫ ne
ſimꝰ ingrati ⁊ obliuiõi tradẽtes

Scd̓a ẽ diuine ſeueritatis: ne ſimꝰ im-
prouiſi ⁊ imprudẽtes

Tertia eſt diuĩe equitatis: ne ſimꝰ tepidi
⁊ negligẽtes.

Prima igit̃ ⁊c̃. qꝛ vicꝫ oīa q̄ habemꝰ
ſunt dona dei: vt etiã diximꝰ in pce-
denti ſmõe. Et h' ſignat̃ cū dr̃. Homo q̄-
dam pegre pficiſcẽs. i. ipe chr̄us ad celos
aſcendens. vocauit ſuos ſu. ⁊ tra. ⁊c̃. vbi
nobis inſinuant̃ tres ſpeciales cõſideratio-
nes nobis neceſſarie

Prima eſt cõſideratio benigne vocatõis

Scd̓a eſt large diſtributionis.

Tertia eſt libere cõditiõis.

Prima eſt cõſideratio benigne vocationis
q̄ nos vocauit dn̄s ad eſſe nature ⁊ grẽ vt
ſerui ſui eſſemꝰ. iõ dr̃. Vocauit ſeruos ſu-
os. j. Theſ. ij. Ambuletis digne deo qui
vocauit vos. Et. j. Theſ. v. Fidel' deꝰ qui
vocauit nos.

Secūda eſt cõſideratio large diſtributi-
onis. qꝛ tradidit illi bona ſua ⁊ vni. de. ⁊c̃.
vſqꝫ virtutẽ. Chry. In q̄nqꝫ ⁊ duob' ⁊ vno
talẽto diuerſas grãs intelligimꝰ q̄ vnicui-
qꝫ tradite ſūt. j. Cor. iiij. Quid habes qd̓
nõ accepiſti?

Tertia eſt cõſideratio libere cõditiõis in
q̄ vnūquẽqꝫ reliq̄t. Eccli. xv. Deꝰ ab ini-
tio cõſtituit hoiem ⁊ reliq̄t eum ĩ manu cõ-
ſilij ſui. Et h' notat̃ cū dicit̃. Et pfectꝰ eſt
ſtatim. Gloſ. Nõ locū mutãs ſed liberam
eis operandi ptãtem pmittẽs ⁊ ſuo arbitrio
relinq̄ns. Hec glo. Vn̄ ſequit̃ ↄ̃textu euã-
gelico quõ diuerſimode operati ſunt ſerui i
pecunia ſibi cõmiſſa. qꝛ vicꝫ duo illorū du-
plicauerāt pecuniã. i. dona ſibi collata ope-
rãdo. ſ. virtuoſe. ali' vo abſcõdit talentū in
terra. Grego. Talentū in terra abſcõdere
eſt acceptum ingenium terrenis actib' im-
plicare.

Secūda eſt cõſideratio diuine ſeuerita-
tis. qꝛ oſtẽdit dn̄s nos neceſſarios ra-
tionẽ de oib' eſſe reddituros. Lu. xv. Red-
de rõnẽ villicatiõis tue. Et h' notat cū dr̃.
Poſt multū vo tpis. ſ. in ſcd̓o aduẽtu. Ve-
nit dn̄s ſuorū illorū ⁊ poſuit rõnẽ cū eis.
qd̓ fit nõ ſolū in finali iudicio vniuerſali:
ſed etiã in particulari ĩ hora mortis cuiuſ-
libet. Qd̓ etiã dicit̃ fieri notant' poſt multū
tempis. quia q̄ntūcūqꝫ modicū ſit tempꝰ
vite pſentis in q̄ mereri poſſumꝰ ſemp eſt
maiꝰ q̄ꝫ eſſet nobis neceſſariū. qꝛ vicꝫ i mi-
nori adhuc tpe ſi vellemꝰ poſſemꝰ adipiſci
re vitã eternã. Dicit̃ ꝙ poſt multū tpis vt
tollat̃ excuſatio de breuitate tempis. Nã
⁊ſi breue ſit in ſe ⁊ reſpectu eternitatis mul-
tum tñ eſt q̄ntum ad h' qd̓ eſt mereri vitã
eternã. qꝛ vicꝫ ad h' poſſet ſufficere minor
portio tempis. Tūc igit̃. ſ. q̄n veniet dn̄s
ſiue in iudicio particulari ſiue vniuerſali:
neceſſario erit ratio reddenda de oib' do-
nis nobis a deo ↄceſſis tã ſpūalib' q̄ꝫ cor-
poralib' q̄ꝫ etiam temporalib'. Vt videre

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN